



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput XXXI. De modo sacris assistendi supplicationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

exercitiis intentione audiamus ; qui enim curiositate ductus concionem adiret, absque ullo inde fructu recederet. 4. Uti ea observemus, quæ animabus nostris sunt utilia, amando imprimis conciones illas, quæ corda nostra commoveant. 5. Ut ex habita concione semper aliquid memoriâ teneamus, quo proficere valeamus, instar apis industriæ, quæ ex omnibus, quos tangit, floribus, aliquid alveari suo infert, è quo mel suum conficiat.

CAPUT XXXI.

De modo sacris assistendi supplicationibus.

Plæ supplicationes, sive, ut vocant, processiones eo fine in Ecclesia institutæ sunt, ut per illas fidelium excitetur devotio, atque ut Christiana exhibeatur militia, quam quotquot ad Baptismum & Christi fidem accesserunt, imprimis verò Religiosi, profitentur. Quæ causa est, cur congregatio fidelium in terris, *Ecclesia militans* appelletur: unde & crucis vexillum supplicationi præfertur, atque instructo agmine, veluti turma militum, procedimus.

Directio.

“ Domine Deus meus, ecce coram toto
 “ hîc mundo comparere debeo, instar mili-
 “ tis sub tuis auspiciis composito agmine in
 “ hac egregia Armatorum sub sanctæ crucis
 “ tuæ labato merentium caterva prodeuntis.

Ii 5

Oro

Oro te, ut gratiam hanc mihi concedas, ut
 eâ devotione me geram, proximo meo pie-
 tatis ac virtutis exemplum ut præbeam. No-
 li sinere, ô Virgo sanctissima, ut sacrum Or-
 dinem tuum ullâ liberiori oculorum evaga-
 tione offendam, vel ei dedecori sim. ,,

Applicatio interior. Consentanea erit my-
 sterio aut festo, quod celebratur. Arque si
 supplicatio generalis sit cleri totius, quilibet
 suas preces vocales ac sacram potissimum Bea-
 tissimæ Virginis corollam precatoriam, Ro-
 sarium vocant, persolvet.

CAPUT XXXII.

*De modo accipiendi sæculares nos
invisentes.*

QUANTUM quidem in nobis est, cum sæcu-
 laribus veluti mortui, qui viventibus ap-
 parent, conversetur oportet. Mortuorum
 apparitiones rariores existunt, modico solum
 tempore perdurant, eorumque sermones bre-
 viores ac nisi de rebus alterius vitæ non sunt.
 Ad eundem planè modum, quo ad ejus fieri
 potest, rariùs mundo nos visendos præbeamus
 est necesse: quod si obedientia aut charitas ad
 id faciendum nos impellat, tempus certa ac de-
 finita nobis præscribere necessitas, & colloquia
 nostra solum de Deo ac rebus quæ bono omni-
 bus sunt exemplo, esse debent.

Dive,